



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

De Torneamentis. Titvlvs XIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

conveniret populus fidelium ad divina, cadens tintinnabulum, percussit quendam puerum coram eo, qui (cum vulnus esset mortale) decessit. Nos igitur attendentes, quod dicto sacerdoti qui dabat operam rei licite, nihil operis impurum, si casus omnes fortuitos non praevidit: defensionem vestre mandamus, quatenus si confiteri ita esse, dictum sacerdotem sacerdotale officium exequi permittatis.

CAP. XXIV.

Curia pugnando etiam contra inimicos fidei Catholica, si quoniam periculis, & de interfectione ipsam remoret confusio, a magister ab arce abstinere debet.

Idem Pelagius Presbytero a. Deditio tua nobis exhibitio continebat, quod cum iniuriam Dominice Crucis ac blasphemii nominis Christiani, castrum quoddam, in quo morabaris, graviter invaderet: ex omnibus contra eos, ac b invicem confitentibus, hinc inde occidit quam plurimi exierunt. Unde cum pro eo quod aliquos perussit, irregularitatem metuas incurrere. Mandamus, quatenus si de interfectione cuiusquam in illo confictu tua conscientia te remoret, a ministerio altaris abstinere reverenter: cum sit consuetudine huiusmodi dubio abstinere, quam temere celebrare.

CAP. XXV.

Item dicit quod cap. Ioannes supra eod. & tantum possit divorcium in fide.

Gregorius IX.

Quidam e (ut asseris) ad adificationem ecclesie in adiutorium a Presbytero evocatus, ruens cum laqueare, quod idem Presbyter solvere nitebatur, hac occasione, quod idem humanis exemplis: & infra. Attendens igitur, quod si sacerdos ipse dabat operam licite rei, studuit quantum debuit diligenti adhibere, circumstantibus quibus periculum imminerebat) ita tempestive & alacritate percontari, quod & intelligere & fugere poterat: inquisit, tunc taliter respondemus, quod ob hanc causam, vel quia omnes casus fortuitos (qui praevideri non possunt) sortitam non praevidit, non debet, quo ad officium vel beneficium impediri.

DE TORNEAMENTIS.

TITVLVS XIII.

CAP. I.

Torneamenta fieri non debent: & vulnerato in eis conceditur poenitentia: sed si mortuus, denegatur ei sepultura ecclesiastica, si acciderit autem pugnandi: siue si accesserit alia causa, ut puta ut debita sepeliatur, hoc dicit, cum cap. sequitur.

Ex Concilio Lateranen. d. Felicitas memorix Innocentii & Eugenii predecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, detestabiles illas nundinas vel ferias, quas vulgo torneamenta vocant, in quibus milites ex condito convenire solent, hanc ostentationem vitium suarum, & audaciam temere impregni, unde mortes hominum & animarum pericula sepe proveniant, fieri prohibemus. Quod si quis eorum aliquis fuerit, quamvis ei poenitentia non negetur, ecclesiastica tamen careat sepultura.

CAP. II.

Item dicit quod in superiore cap.

a d. Presbyteri. b al. & ita vicem. c Prater Doctores videtur tantum in e. ex literis. lib. 1. sup. eod. tit. d. Conc. Later. sed Alex. III. ca. 29. refertur in Panorm. lib. 1. tit. 11. f. v. c. 149. e. Cap. eod. tit. in 3. compil. vid. Conc. Trid. sess. 25. de refor. c. 13. compil. d. Thom. 2. 2. q. 87. ad 3. argumentum.

Alexander III. Ananen. Episcopo.

Ad audientiam nostram a noveris pervenisse, quod cum quidam ad locum deputatum torneamentis causa requirendi debita accessisset: [1. & infra.] Nos attendentes, quod his tantum ecclesiastica sepultura debeat interdici, quia torneamenta animo id faciendi tantum accedentes decedunt ibidem: fratricidii tunc mandamus, quatenus si tibi confiteri, quod ad praedictum torneamentum non animo ludendi, sed percipiendi credita pervenisses, licet tibi fortuito casu obierit, corpus eius dispensatione b ecclesiastica tradi facias sepultura, maxime si dominicum corpus suscepit, & sacri olei fuerit unctio perunctus.

[1. Accidit ut violenter & inconsiderati ab equo in quo insidebat super eum cadente compressus mortuus est, sed prius dominicum corpus suscepit & sacri olei perunctione unctus est. Verum pro eo quod in torneamentis mortem accepit, a sepultura fidelium probetur.]

DE CLERICIS PVGNANTIBVS in duello.

TITVLVS XIV.

CAP. I.

Clericus iniens duellum, siue obtulerit, siue susceperit, deponendus est: poterit tamen Episcopus eum eo dispensare si mori vel mutilato membri non sit inde factus.

Alexander III.

Porro e si clericus alicui sponte duellum obulerit, vel oblatum susceperit, siue victor, siue victus fuerit, de rigore iuris est merito deponendus. Sed quantumcumque eius in hoc gravis sit & enormis excessus, evadere potest depositionis sententiam, si cum ipso (suis Episcopus duxerit misericorditer dispensandum, dummodo ex ipso duello homicidium vel membrorum deminutio non fuerit subsecuta.

CAP. II.

Irregularis est clericus non solum si ipse interfici per se, sed etiam si pugni ab eo datus ad versarium occidat: nec excusat consuetudo: poterit tamen eum eo circa beneficium habendum dispensari.

Clemens III. d.

Henricus e Presbyter nobis humiliter intimavit, quod cum laicum quendam super furto in seculari placito convenisset, quia testes sui defecerunt, pugilem secundum pravam veteris consuetudinem introduxit, qui reus usque ad eum ictibus vulneravit, quod coactus est expirare. Quia igitur super hoc nos consulere voluisti, ambiguitatem tuam responsione huiusmodi removemus, quod tales pugiles homicidae veri f. existunt: nec praedictus sacerdos, licet non ipse, sed alius pro eo in duello pugnavit, debet in sacris ordinibus ministrare, sicut tradunt sacrorum canonum instituta. Homicidium autem, tam factum quam praecipit, siue consilio, aut defensione, non est dubium perpetrari: poterit tamen eum eo circa habendum beneficium misericorditer dispensari.

DE SAGITTARIIS.

TITVLVS XV.

CAP. I.

Excommunicandus est sagittarius & ballistarius contra Christianos, hoc dicit.

a Cap. 1. eod. tit. in 2. comp. add. etiam in c. praedicti & c. 1. sup. de corpore vitiatu. b al. dispensare, al. 111: dispensatione ecclesiastica, trad. facias. Hanc lectionem agnovisse Hieronymus, quatenus etiam vestigiosiores aliquo edice praefixerunt. c Ca. 1. eod. tit. in 1. comp. d. al. Clemens tertius. e Ca. 1. eod. tit. in 2. comp. vid. Concil. Trid. sess. 25. de refor. c. 19. f. al. verò, sed in recentioribus. g Sagittarius & Ballistarius in Cod. Barbae.